



D'ogues Saier
grace et l't.
par comm. Varior.

B168

D5

c.1

B: & Barker L

Tarai nr.



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

2 vol BB

in ed. in



Y 81
15



DIOGENIS LAERTII
DE
VITIS, DOGMATIBUS
ET
APOPHTHEGMATIBUS
CLARORUM PHILOSOPHORUM
LIBRI X.
GRÆCE ET LATINE.

Cum subjunctis integris Annotationibus

IS. CASAUBONI, TH. ALDOBRANDINI & MER. CASAUBONI.

Latinam AMBROSII Versionem complevit & emendavit

MARCUS MEIBOMIUS.

Scorsum excusas ÆG. MENAGII in Diogenem Observationes auctiores habet
Volumen II. Ut & Ejusdem Syntagma de Mulieribus Philosophis;
Et Joachimi Kühnii ad Diogenem Notas.

Addita denique sunt priorum editionum Præfationes, & Indices locupletissimi.



AMSTELÆDAMI
HENRICUM WETSTENIUM.

c15 15 C VIII C.

Ex libris

*W. Ham. Lov.
Bresl. 1831*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE LEÓN
CAPILLA ALFONSO X BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
Fila 38 MICROFILMADO 23/2/83

B168
D5



DIAGENIS LAERTII
VITAE DOGMATA
CLARORUM PHILOSOPHORUM
GRÆCÆ ET LATINÆ
MARCHIS MELOMUNUS



RICCOLI 1770
VITAE DOGMATA
CLARORUM PHILOSOPHORUM

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
PRINCIPI
FRIDERICO III.
MARCHIONI BRANDEBURGICO

SACRI ROM. IMPERII
ARCHI-CAMERARIO ET ELECTORI
SUPREMO BORUSSIÆ, ITEMQUE MAGDEBURGI,
CLIVIÆ, IULIÆ, MONTIUM, STETTINI
POMERANIÆ, DUCI;
ETC. ETC. ETC.

PIO. FORTI. FELICI

S. P. D.

HENRICUS WETSTENIUS.

DIAGENEM LAERTIUM, priscorum
Sapientum vitas enarrantem, ad Tuum
pulvinar, SERENISSIME PRINCEPS,
deponere audeo. Haud ingratum, ut
quidem auguror, Aulae Tuæ splendi-
dissimæ hospitem. Agmen enim illud Virorum

* 3

009649

OMNIBUS
DEDICATIO

omni sapientiæ laude præstantissimorum quod secum ducit, quò opportunius divertere possit, in promptu non habet. Et quid ni accepti forent SAPIENTISSIMO PRINCIPI, Viri Philosophi, itidem & principes partim, partim principibus ac regibus sui ævi gratissimi. Ita vero gratissimi, ut illis non solum liberum ad se aditum concederent, sed & eos sapius ex longinquis regionibus accerferent, amicitiam suam ultro sponderent, ac tantum non in regni societatem deposcerent. Hos Tu PRINCEPS SERENISSIME, non imitaris modo, sed & eis palmam facillime præripis. Idque eo magis quod tum justior sis illis Rector atque Pater Patriæ, quorum plurimi patriæ suæ tantum erant tyranni; tum & tales Tibi deligas Viros, regni Tui Administratos, qui prudentia, justitia, integritate, ut & omni doctrinarum genere ac studio, longe sint præcellentissimi. Hinc quum sub Tuis auspiciis floreat Respublica, vigeant leges, verus Dei cultus promoveatur, nullius conscientia vis inferatur, quid mirum omnium animos in Te converti, omnes Te suspicere, venerari atque in oculis ferre. Idque non tantum subjectos imperio Tuo populos, Tui amantissimos, sed & externos quos-

DEDICATIO.

cunque quos insignis famæ Tuæ gloria in admirationem Tui rapuit. Sed quis tandem foret ille in terris hospes qui eam ignorare possit? Scilicet hoc meruit PIENTISSIMUS PRINCEPS infucato in Deum amore, studio pietatis sincero, omnibusque & singulis benefaciendi propensa sua voluntate, quibus à teneris quod ajunt unguiculis inclaruit, quæque cum eo semper ingens fecere incrementum. Meruit hoc rara sua prudentia, qua salutis publicæ & exoptatissimæ Christiani Orbis tranquillitati contra communem hostem sagacissimis atque perspicacissimis consiliis prospicere voluit. Meruit generosa sua indole, qua patriæ ab infensissimo hoste periclitanti suppetias laturus cum victricibus legionibus suis ab ultimo quasi Aquilone tantum non advolavit. Ac talia tunc quidem bellicæ virtutis specimina edidit, quibus luce meridiana clarius elucescit HEROES NASCI. Neque enim solum fategisti, PRINCEPS SERENISSIME, inimicis copiis aditum ulteriorem in patrias terras præcludere, sed & illas pedem referre retro coegisti. Hinc jam profligata ferocissima Gallorum agmina apud Novesium. Capta hinc Cæsaris Insula. Expugnata quoque Bonna, fortissimum crudelissimi

DEDICATIO.

hostis munimentum, à selectissimo milite maximoque præsidio, fortiter quidem, sed tamen contra Te frustra, defensum. Neque his circumscriptum limitibus Tuum de conservanda patria optime merendi studium. Arma, opes, consilia, cum omnibus iis qui hostem communem propellere studebant, haud invitus sociasti. Hinc legiones auxiliatrices Tuæ, tum in Pannoniam contra Turcos, tum in Belgium contra Gallos missæ. Sic quoque senserunt Fœderatæ nostræ Provinciæ tuum beneficium, quando & in partem fœderis veniebant. Hæ sunt Tuæ belli, hæ Tuæ pacis artes! Quibus si addatur singularis Tuus erga litteratos, remque litterariam adjuvantes, favor atque proluxa voluntas, qui potui Tibi, PRINCEPS SERENISSIME, hos meos in bonis litteris conatus non consecrare? Itaque ut eos Clementissimo vultu, id est, TUO accipias, etiam atque etiam summa animi submissione rogo & obtestor. Interim ad DEUM T. O. M. pro Tua incolumitate, proque Serenissimæ Tuæ Domus salute, fervidissima vota facio, & ut Te, CLEMENTISSIME PRINCEPS, seros conservet in annos proluxissimum seculi Tui ornamentum!

STUDIOSO LECTORI

HENRICUS WETSTENIUS

S.

Hic in hac nostra Diogenis editione sit præstitum, si scire cupias, Benevole Lector, hic Tibi paucis indicabimus. Textum Græcum datus quo Aldobrandinus usus est, quemque Londinenses ultimam expresseverunt; collatum tamen haud perfunctorie atque emendatum ex editionibus Basiliensi & Stephanica. In eo quoque corrigendo ingenti nobis fuerunt subsidio variantes illæ lectiones ex duobus Codicibus Manuscriptis, Arundeliano & Cantabrigiensi, quas nobiscum, quo solet propenso suo de bonis litteris bene merendi studio, quam liberalissime communicavit, Vir eruditione & humanitate singulari præclarissimus Thomas Gale, S. Th. D. & Scholæ Paulinæ Londini Rector, Fautor noster singularis. Hisce adminiculis, & felicissimo ingenio suo usus Vir trine litteraturæ peritissimus Marcus Meibomius, infinita pene loca restituit, licet id rarius indicaverit quam quidem optandum esset. Patebunt tamen ea facile cuicumque libuerit hanc nostram editionem cum præcedentibus conferre. Præ reliquis autem in persanando libro decimo, qui vitam & mores Epicuri tractat, studium suum felicissime posuit. Hæc præstitit in Græcis. Quibus Latinam Ambrosii Calimaldunensis versionem adiunxit, postquam illam ita emendaverat atque compleverat, ut longe plurimis in locis nihil appareat quod Ambrosio tribuere possis. Id quoque egit aliquoties, ut dum græca Diogenis verba, destitutus auctoritate, mutare nollet, que depravata tamen iudicaret, in versione latina ea ratione restitueret quam sensus exigere videbatur. Hinc si latina verba græcis minus consona interdum reperias, cave

**

P R Æ F A T I O.

Cl. Virum lapsum credas, qui sententiam suam sic exprimere voluit. Debes & eidem imaginem illam pagine 56. applicam, qua enigma illud Cleobuli explicare, & difficultatem quam moderat Is. Casanbonus tollere voluit. Tandem vero idem ille vir Eruditissimus omnes Laërtii libros in minores incisiones vel segmenta divisit, numerosque in margine ascripsit, quorum & nos ubique in conficiendis indicibus rationem habuimus. In tollendis autem erratis typographicis ita fuit perspicax atque hincens, ut diligentiam ejus mirari satis, certe condignis laudibus ornare, haud facile possis.

Hæc de textu Diogenis. Ei subjecimus variantes lectiones, vel si malis emendationes Henrici Stephani; ut & Thomæ Aldobrandini, ac utriusque Casanboni Observationes: quibus suas interspersit Cl. Meibomius, variores quidem pro voto, excepto libro decimo in quo explicando fuit prolixior, videlicet ab interpretibus hætenus neglecto, vel parum intellecto, ut ipse quidem judicabat.

Commentarium suum ingenti accessione locupletatum, accuratissimeque emendatum nobis cecit Vir eruditione æque ac annis gravis, Ægidius Menagius, Gallie suæ decus. Ea tamen lege ut illum separatim ederemus. Opportune vero. Longior enim erat, quam ut textui subjici, vel reliquis Observationibus interfere commode posset. Itaque initium facit voluminis nostri secundi. Sed licet hoc suum opus tam nitide expositum nobis tradiderit Cl. Auctor, nescio tamen quo fato factum sit, ut priorem præfationem suam immutare præfracte recusaverit. Refinxit enim hic, quod illic promiserat, Commentarios suos haud perfunctorie; addenda suis locis intexuit, mutanda mutavit non segniter. Nos vero hæc omnia ita feliciter expressisse videmur, ut ne tantillus super sit locus, de erratis, at longe minus de portentis typographicis conquerendi. Toti enim in hoc sumus, tantosque sumptus impendimus, quò opus hoc emaculatius prodiret, ut fidenter affirmare ausimus, nullum aliud extare hætenus cui accurando tot expensa facta sint, si molis libri habeatur ratio.

Commentarium hunc excipit Historia Mulierum Philosopharum ab eodem Auctore conscripta. Cui indignius haberi videbatur hic sexus quam par erat; eo

P R Æ F A T I O.

quod virorum philosophorum tot præclara extarent monumenta, mulierum vero tam parca mentio fieret, ut plurimi nullas unquam, alii paucissimas philosophatas esse contenderent. Eas itaque ab hac injuria defendere, sicque eisdem laudem suam restituere voluit. Conquisivit ergo ea qua solet diligentia quæcumque in veterum scriptis de Mulieribus Philosophis extarent, sicque non solum elegantissimi hujus sexus gratias, sed & eo nomine laudes promeruit, quod Diogenem nostrum hoc insigni addidamento ditaverit.

Succedunt Syntagmati huic, elegantissimæ in Diogenem Observationes Viri Clariss. Joachimi Kühnii, Professoris Argentoratensis, Orbi literato jam ab aliquot annis ex edito Æliano, atque promisso Pollucis Onomastico, notissimi. Hoc egregium opus, Viri hujus, in græca litteratura perspicacissimi, diligentia elaboratum, est quod à nobis speret Lector intra paucos annos, si Deus vitam & vires largitus fuerit. Nunc enim in eo sumus ut Cl. Kühnio, obstetricante Celeberrimo Grævio nostro, subministremus, quæ præclara illa eruditionis sidera Cl. Salmasius & H. Valesius in hunc auctorem annotata reliquerunt.

Sed & ut Lectori constet, cujus notæ sint illi libri Manuscripti, Arundelianus & Cantabrigiensis, quorum superius facta est mentio, haud gravati fuimus omnes illas variantes lectiones excerpere atque post Cl. Kühnii Observationes fideliter exprimere. Has sequuntur Præfationes & Epistolæ, quæ prioribus ac præcipuis Diogenis editionibus fuerant præfixæ; ne quid omnino deesset huic nostræ, de cujus defectu quisquam conqueri posset.

Colophonem operi imponunt Indices quatuor locupletissimi: primus Auctorum quos citat Diogenes; non antiquior ille, priori editioni ascriptus, mendosus quam plurimum ac mancus, sed novus plane, ab integro refeclus; alter Auctorum quos notat vel emendat Cl. Menagius; tertius Vocum Græcarum; quartus denique Rerum & Verborum tum in Diogene tum in Commentariis, ac præsertim in Cl. Menagii Observationibus extantium. Hos debes curæ haud tralatitiæ Egregii Viri Joannis Clerici, de re litteraria per quam optime merentis quotidie, hincque omnibus litteratis gra-

P R Æ F A T I O.

tissimi; qui & nobis in accurate edendo hoc Auctore haud parvo fuit ad-
jumento.

Ut vero & ornator prodiret hic factus noster, conquisivimus studiose
quas uspiam reperire fas erat imagines Philosophorum, quorum mentionem
facit Diogenes. Has æri haud ineleganter incisas hic quoque damus, ut
& inde delectationem capiat Lector, quam utilitati ex lectione Diogenis
percipiendæ adjungat. Cui nec ingratum fore speravimus Catalogum illum,
omnium quotquot inquam prodire Diogenis editionum, quem nobiscum ex
Gallia communicatum post hanc nostram præfationem expressum damus.

De iis autem quæ partium nostrarum in edendo hoc opere fuere, de
sumptibus nostris, de diligentia & labore, de characteribus græcis quibus
(suadente Cl. Meibomio) usi sumus solutis nullisque litterarum nexibus in-
tricatis, ac pluribus aliis, Te morari nolumus. Tute, Lector benevole,
judica, frere & vale. Amstelædami die intercalari Anni reparatæ salu-
tis humanæ CIO IO C LXXXII.

CATALOGUS

EDITIONUM DIOGENIS LAERTII

ab infantia Typographiæ usque ad annum 1663.

Diogenes Laërtius de Vitis & Sententiis eorum, qui in Philosophia
probatifuerunt: cum Præfatione Fratris Ambrosii Calmaldulensis
Ordinis Generalis Abbatis ad Cosmam Medicem, & Benedicti Brognoli
ad Laurentium Georgium & Jacobum Baduarium. Venetiis, per Nicolaum
Jenson Gallicum anno Domini 1475. in 4. elegantissimo caractere. *Extat* 1475
Parisius in Bibliotheca Claromontana Collegii Patrum Societatis Jesu; Norimberga in
Bibliotheca publica; & Amstelodami in illa Adriani Pav. Latine.

Diogenes Laërtius de Vitis & moribus Philosophorum & Poëtarum.
Noribergæ, 1476. *Extat ibidem in Bibliotheca Reipublica. Latine.* 1476

Diogenes Laërtius de Vita & moribus Philosophorum & Poëtarum.
Noribergæ, per Fridericum Creusner. 1479. *Afferatur ibidem in Bibliotheca* 1479
ejusdem Reipublica. Latine.

Diogenes Laërtius de Vita Aristotelis & Theophrasti. Venetiis, per
Aldum Manucium Romanum, 1495. in folio, cum operibus Aristotelis. 1495
Parisius in Bibliotheca Illustrissimi Viri Petri de Maridat, in magno Consilio Senato-
ris, & Oxonia in Bibliotheca Bodleiana.

Diogenes Laërtius de Vita Aristotelis & Theophrasti. Venetiis, per
Aldum Manucium Romanum; 1497. in folio, cum Theophrasto de La- 1497
pidibus. *Extat Parisius in Bibliotheca Regia, num. 402. & in Maridata.*

Diogenes Laërtii de Vitis, decretis & responsis celebrium Philosopho-
rum Libri X. Ambrosio Calmaldulensium Generali Interprete. Basileæ,
apud Curionem, 1524. in 4. Latine. *Extat in Bibliotheca Lauriana Am-* 1524
stelodamensi.

Diogenes Laërtii de Vitis Philosophorum Libri X. Basileæ, apud Jo-
annem Frobenium, 1531. Græcè. *Ex Georgij Draudij Bibliotheca Classica.* 1531

Diogenes Laërtii de Vitis Philosophorum Libri X. Basileæ, apud Jo-
annem Frobenium, 1533. Græcè. *Ex Josæ Simleri, & Joannis Jacobi Frisii* 1533
Epitome Gesneriana.

Diogene Laërtio delle Vite e fatti di Antichi Philosophi Greci tradotto dal Greco
nella lingua Toscana. In Venetia 1535. in 8. 1535

Diogenes Laërtii de Vitis Philosophorum Libri X. Coloniae, 1542. 1542
in 8.

Diogene Laërtio tradoto dal Greco idioma nella lingua volgare d'Italia. in Ve.
1545 *netia* 1545. in 8.

1546 Diogenis Laërtii de Vitis Philosophorum Libri X. Lugduni, 1546.
in 8.

1559 Diogenes Laërtius Lugduni, apud Seb. Gryphium 1559.

Diogenis Laërtii de Vitis Philosophorum Libri X. ex antiquis Codicibus emendati, à Joanne Sambuco Tirnaviensi Latine editi sunt. Antwerpia, apud Christophorum Plantinum, 1566. in 8.

Diogenis Laërtii de Vitis Philosophorum Libri X. cum Henrici Stephani Annotationibus, & Pythagoreorum Philosophorum fragmentis. Lutetia, typis ejusdem Stephani, 1570. in 8. Gr. Lat.

1585 Diogenes Laërtius de Vitis Philosophorum. Parisiis, 1585. in 12.

Diogenes Laërtius de Vitis Philosophorum. Lugduni, apud Sebastianum Gryphium, 1585. in 12.

Diogenis Laërtii de Vitis Philosophorum Libri X. cum Henrici Stephani Notis. Typis ejusdem Stephani, 1594. in 8. Gr. Lat.

Diogenis Laërtii de Vitis Philosophorum Libri X. cum Thomæ Aldobrandini Versione & Annotationibus. Romæ, apud Aloysium Zannetum, 1594. in folio, Gr. Lat.

Diogenis Laërtii de Vitis Philosophorum Libri X. cum Notis Isaaci Casauboni. Lugduni, apud Jacobum Chouet, 1595. in 12. Gr. Lat.

Le Diogene François tiré du Grec, ou Diogene Laërtien touchant les Vies, doctrines, & notables propos des plus illustres Philosophes compris en dix Livres. Traduit & paraphrasé sur le Grec par M. François de Fongeurolles Docteur Medecin. Avec des Annotations & recueils fort amples aux lieux plus nécessaires. A Lyon, pour Jean Ansoine Huguetan, 1602. in 8.

Diogenes Laërtius de Vitis Philosophorum cum Notis Isaaci Casauboni. Geneva, apud Jacobum Stoer, Petrum & Jacobum Chouet, & Samuelem Crispinum, 1615. in 8. Gr. Lat.

Ægidii Menagii Notæ in Diogenis Laërtii de Vitis Philosophorum Libri X. Parisiis, apud Eadmundum Martinum, 1662. in 8.

Diogenes Laërtius de Vitis Philosophorum cum interpretatione Thomæ Aldobrandini & Commentariis Ægidii Menagii. Londini, 1663. in folio Gr. Lat.

N O M I N A M O N
PHILOSOPHORUM

Quorum vitas enarrat DIOGENES LAERTIUS.

Numeri Romani sive majores notant libros Diogenis, minores vero librorum segmenta que in margine extant.

A.		Crates, Thebanus	VI, 85
		Crito	II, 121
		D.	
Æ Schines.	Lib. II. §. 60		
Alcmaeon	VIII, 83		
Anacharsis Scytha	I, 101		
Anaxagoras	II, 6	D Emetrius	V, 75
Anaxarchus	IX, 58	Democritus	IX, 34
Anaximander	II, 1	Diodorus	II, 111
Anaximenes	II, 3	Diogenes Cynicus	VI, 20
Antisthenes	VI, 1	Diogenes Apolloniates	IX, 57
Arcefilaus	IV, 28		
Archelaus	II, 16	E.	
Archytas	VIII, 79	E Mpedocles	VIII, 51
Aristippus	II, 65	Epicharmus	VIII, 78
Aristoteles	V, 1	Epicurus	X, 1
		Epimenides	I, 109
B.		Euclides	II, 106
B Ias	I, 82	Eudoxus	VIII, 86
Bion	IV, 46		
		G.	
C.		G Laucon	II, 124
		H.	
C Arneades	IV, 62	H Eraclides	V, 86
Cebes	II, 125	Heraclitus	IX, 1
Chilo	I, 68	Herillus	VII, 165
Chrysippus	VII, 179	Hipparchia	VI, 96
Cleanthes	VII, 168	Hippafus	VIII, 84
Cleobulus	I, 89		
Clitomachus	IV, 67		
Crantor	IV, 24		
Crates, Atheniensis	IV, 21		

NOMINA PHILOSOPHORUM.

	L.		Protogoras	IX, 50
			Pyrrho	IX, 61
			Pythagoras	VIII, 1
L			S.	
Acydes	IV, 59		Simias	II, 124
Leucippus	IX, 30		Simon	II, 122
Lycón	V, 65		Socrates	II, 18
			Solon	I, 45
	M.		Speusippus	IV, 1
M			Sphærus	VII, 177
Eliffus	IX, 24		Stilpo	II, 113
Menedemus Cynicus	VI, 102		Strato	V, 58
Menedemus Eretrias	II, 125		T.	
Menippus	VI, 99		T	
Metrocles	VI, 94		Hales	I, 12
Metrodorus	X, 22		Theophrastus	V, 36
Monimus	VI, 82		Timon	IX, 109
Mysón	I, 106		X.	
			X	
	O.		Enocrates	IV, 6
O			Xenophanes	IX, 18
Nesicritus	VI, 84		Xenophon	II, 48
			Z.	
			Z	
	P.		Eno Citticius	VII, 1
P			Zeno Eleates	IX, 25
Armenides	IX, 21			
Periander	I, 94			
Phædon	II, 105			
Pherecydes	I, 116			
Philolaus	VIII, 84			
Pittacus	I, 74			
Plato	III, 1			
Polemo	IV, 16			

ΔΙΟ-

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΛΑΕΡΤΙΟΥ

Περὶ βίων, δογμάτων καὶ ἀποφθεγμάτων, τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ διδοκίμησάντων, βιβλίον ἀ τῶν 1.

DIOGENIS LAERTII

de Vitis, Dogmatis, et Apophthegmatis eorum qui in Philosophia claruerunt, è decem

LIBER PRIMUS.

Proœmium.

Τὸ προοίμιον.

PHILOSOPHIAM, quod ad rem attinet, à Barbaris initia sumpsisse quidam autumant. Nam Perſis Magos, Babylo-

Τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον ἐνὶ Φα-
σῶν ἀπὸ βαρβαρῶν ἀρχαί. γε-
γενῆσθαι γὰρ ἢ παρὰ μὲν Πέρσαις
Μάγους, ἢ παρὰ δὲ Βαβυλωνίαις,

1 ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ] Γράφεται, Ἀστυν Διογένης βίαι καὶ γνήσιαι τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ ἐπινοησάντων, καὶ τῶν ἐκείσε ἀπέειπε ἀποκρίσας, βιβλίον πρῶτον. Legitur etiam, ἀρκεῖον. Henr. Steph. Correst.
2 Τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον] Et Græcorum optimus quisque, maximeque ingenius, ita semper sensit: & veteres illi nostræ Religionis defensores, adversus Gentes exuritatem hacin parte ita defenderunt, itaque fallum & arrogantiã contra sententiam retulerunt, ut de eo dubitare nemo queat. In promptu fuit quæ super hoc argumento scribere Tattianus, Clemens, Theophilus, Eusebius, alii. If. Casaub.

oppoſuit τῷ τῆς φιλοσοφίας ἔργω. Ut hanc rem pluribus confirmem non puto opus esse. Vetti igitur: Philosophiam, quod ad rem attinet. Partes saltem ejus præcipuas invenire externi, quos Barbaros Græci vocabant. Prima hæc Aldobrandini adnotatio omittitur in hæc editioe potuisset, velut ex errore nata. Sed omnia auctorum Commentaria hic exhibere consilium fuit.

PHILOSOPHIAE MUNUS] Græce τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον. Inter duas hæc vocis Philosophiam. & Philoſophia munus, quod est sapientia, non nihil interest. Nam & Philoſophia nomen recentius est sapientie vocabulo, & qui appellati sunt sapientes, hi ætate Philoſophos antecesserunt: quod cum aliis multis ex Locis, tum ex hoc primo Laërtii libro intelligitur. Est igitur sapientia ipſa, Philoſophia munus. Cujus quidem sapientie principia, à quibus profecta sunt, Laërtius in hoc proœmio videtur exquirere. Nam si Philoſophia tantum exordia quaereret, & sapientiam Philoſophia antiquiorem vitiose præterisset, nec priore loco sapientiam viras posuisset: sed Philoſophorum. Aldobrand.

3 Παρὰ μὲν Πέρσαις Μάγους] Etiam aliarum aliquot gentium sapientes, sive Philoſophi, Magi olim sunt appellati. Lucianus Longævis: οἱ καλενομενοι Μάγοι, γίνουσι τὰς ματοκίας, καὶ θεοὶ ἀκαταίτητοι, παρὰ τὴν Πέρσαις καὶ Παρθίας, καὶ Βακτρίας καὶ Χωστρομίας, καὶ Ἀρίας, καὶ Σάδαν, καὶ Μῆδον, καὶ πολλοὺς ἄλλοις βαρβάρους. Indorum quoque Philoſophos reperies appellari Magos. At sunt qui scribant, Μάγους gentile nomen esse, idem significans ac Perſia. Cedrenus, Ἀστρολογία καὶ μαγία ἀπὸ Μαγισσῶν, ἵτοι Περσῶν, ἔφησαν: οἱ γὰρ τὴν Πέρσαις, Μαγίαν τὸ τῶν ἔργων ἐπινοήσαντες. Eadem & Suidas. If. Casaub.
4 Apud Perſas Magos] Cicero de Divinat. lib. 1. Et in Perſis, inquit: augurantur Ἐ Διναται Μάγοι, qui congregantur in sacro commentandi causa: nec quisquam Rex Perſarum potest esse, qui non ante Magorum descriptam scientiamque perreperit. Aldob.

Auctoris mentem hic non adsecutus est Aldobrandinus. Hoc enim voluit Diogenes. Cum apud omnes constet, Philoſophia nomen esse Græcum, de re ipſa, quæ Philoſophiam, hoc est, singulas ejus partes, invenit, non perinde certi sumus. Sunt enim qui externi ejus inventionem tribuant, inter quos est Aristoteles in Megico. Ἐ alii. Græci autem Ἐ hæc ipsam inventionem ego tribuendam cenſeo. Τὸ ἔργον τῆς φιλοσοφίας ΔΙΟΓΕΝΙΣ ΛΑΕΡΤΙΙ.

Agnoſcit autem illam copulatam particulam, non hæc disjunctivam, interpres Ambrosius. Atque ita statim post legitur, Κλαύδιος καὶ Βαλάριος, non Ἐ Γαλάριος. Henr. Steph.
Seqor Codices Stephani, & Ambrosii versionem, legendo καὶ, &.
Παρὰ δὲ Βαβυλωνίαις ἢ Ἀσσυρίαις Χαλδαίων] Ait, ἢ Ἀσσυρίαις, quia etiam Chaldaei Babylonii fere vocantur.
A